



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Avrea Gemma Christianorvm**

**Ruben, Leonhard**

**Paderbornae, 1604**

XVII. Christus propitiatio nostra.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68313](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68313)



Christus est propitiatio nostra.

**R**oman. 3. 24. 25. 26. Iustificati gratis per gratiam ipsius, per redemptionem qua est in Christo Iesu, quem proposuit Deus propitiationem, per fidem in sanguine ipsius ad ostensionem iustitiae suae, propter remissionem precedentium delictorum, in sustentationem Dei ad ostensionem iustitiae eius in hoc tempore: ut sit ipse iustus & iustificans eum, qui est ex fide Iesu Christi. 1. Ioan. 2. 1. 2. Filii mei hac scribo vobis ut non peccetis, sed & si quis peccauerit aduocatum habemus apud patrem Iesum Christum iustum: & ipse est propitiatio pro peccatis nostris, non pro nostris autem tantum, sed etiam pro totius mundi. Ibidem. cap. 4. 10. 11. In hoc est charitas, non quasi nos dilexerimus Deum, sed quoniam ipse prior dilexit nos, & misit filium suum propitiationem pro peccatis nostris. Charissimi, si Deus dilexit nos, & nos debemus alterutrum diligere.

## CAPVT XVIII.

Christus est reconciliator noster.

1. Corinth. 15. 18. 19. 20. 21. Ergo & qui dormierunt in Christo, perierunt. Si enim in uita tantum in Christo sperantes sumus, miseriores sumus omnibus hominibus. Nunc autem Christus resurrexit a mortuis primitiae dormientium quoniam quidem per hominem mors, & per hominem resurrectio mortuorum. Collos. 1. 20. 21. Et